



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Ne episcopi propter suam quietem, plebem sibi commissam negligere  
præsumant. ccxxviii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

nullis rebus, omnes dei sacerdotes se abstinere debēt: quia per aurium, oculorumque illecebras vitiorum turba ad animum ingredi solet, histrionū quoque turpium & obscœ norum insolentias iocorum, ipsi animo effugere, cæterisque sacerdotibus effugienda prædicare debent.

*De hereditate episcopi, cæterorumque ecclesiasticorum.*  
Cap. CCXXVII.

SED & hoc ibidem inuentū est de episcopis, presby-  
Sris & clericis, si hereditatē à domino rege, vel ab alio  
principe, vel amico suo, seu per hereditariam sortem sibi  
deuenerit, vel acquisierunt, donare eis liceat hanc cui vo-  
luerint, dum viuunt pro remedio animæ, ad Ecclesiā quā-  
cunque elegerint, vel cōsanguineis suis vel amicis. Sin au-  
tem antea obierint, quā firmiter perfecerint: altari cui  
seruiunt omnia perpetuò sanctificentur, & in ius tradan-  
tur. Similiter de presbyteris statutum est. Hildibertus Mo-  
guntinensis archiepiscopus subscripsit. Robertus Treue-  
rensis archiepiscopus subscripsit. Vnni Hameburgēsis ar-  
chiepiscopus subscripsit. Adaluardus Fardinēsis episco-  
pus subscripsit. Richuuynus Argentinēsis episcopus sub-  
scripsit. Notingus Constantiensis episcopus subscripsit.  
Vneuuanus Padarbrunnensis episcopus subscripsit. Vd-  
ricus Augustensis episcopus subscripsit. Bernhardus Halu-  
uartanensis episcopus subscripsit. Rumaldus Minugarde-  
nouuardenensis episcopus subscripsit. Eberis Mindunēsis e-  
piscopus subscripsit. Necnon & abbates cum cæteris sacri  
ordinis uiris subscripserunt.

*Ex cōcil.  
apud Al-  
theim ha-  
bito, cap.  
37. cui  
interfuit  
rex Con-  
radus.*

*Ne episcopi propter suam quietem plebem sibi cōmissam  
negligere præsumant.* Cap. CCXXVIII.

PROUIDENDUM est, ne episcopi propter suam quietē ad  
remotiora loca secedentes, & suum ministerium ne-  
gligentes, proprias deserant ciuitates: sed aut parochias  
suas cum officii efficacia circumeant, aut cum religione in  
suis ciuitatibus canonicè cum filiis suis degant. Presbyte-  
ros etiam sibi commissos, doctrina, castitate, & sobrietate,  
atque hospitalitate secundum suum ministerium ornari  
ge, cap. 5.  
compellant.